



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 144. Poema in laudem Sixti IV. compositum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

nestinus; Georgius Hester natione Ger-<sup>Sacul. XV.</sup>  
manus, Herbipolensis Episcopus, tit. S. A. C. 1477.  
Luciae; Gabriel Rangonus Mutinensis  
Ordinis Fratrum Minorum tit. SS. Sergii  
& Bacchi, Episcopus Albiensis, & postea  
Agriensis; Petrus Foscarus Venetus Pri-  
micerius S. Marci Venetus, Episcopus  
Patavinus, tit. S. Nicolai in carcere, dein-  
de S. Sixti; Joannes Arragonius Ferdi-  
nandi Neapolis Regis Filius, Cardinalis  
Diaconus tit. S. Adriani, dein Presbyter  
S. Sabinæ, demum S. Laurentii in Luci-  
na; Raphael Sansonus de Riariis dictus  
Savonensis tit. S. Sabinæ, Cosentinus,  
Salernitanus, ac demum Ostiensis Epis-  
copus.

### §. CXLIV.

#### *Poema in Laudem Sixti IV. compositum.*

Hoc eodem anno Robertus Flemingus  
natione Anglus, Romæ diversatus  
in laudem Sixti IV. Pontificis poema  
composuit, cui titulum præfixit: *Lucu-  
brationes Tiburtinæ*. Hujus Pontificis vi-  
tam, & Panegyrin versibus heroicis, ut  
vocant, oppido tortis scripsit, eodemque  
tempore opus suum Romæ typis vulga-  
vit, postquam vero aliquamdiu in Urbe  
moratus erat, ad suam patriam reversus,  
Ecclesiæ Lincolniensis in Anglia Deca-  
nus renuntiatus fuit.

Ss 2

§. CXLV.